Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

149

In illo tpe · accesserunt ad ihm discipuli di-
centes · Quis putas maior est in regno c-
et ad vocans ihs puerum statuit eum
in medio eorum dixit · Amen dico vobis · nisi
conuersi fueritis · et efficamini sicut pueri · non
intrabitis in regnum celorum · Quicumq;
g humiliauerit se sicut puerulus iste · hic maior
est in regno celorum · Et qui suscepit vnum pue-
rum talem in nomine meo me suscepit ·
Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis
istis · qui in me credunt expedit ei ut sus-
pendatur mola asinaria · in collo eius et de-
mergatur in profundum maris · Ve mun-
do ab scandalis · necesse est enim ut veniant
scandala · Verumtamen ne homini per quem
scandalum venit · Si autem manus tua uel
pes tuus scandalizat te · abscide eum et
proice abste · Bonum est tibi ad vitam ingre-
di debilem uel claudum quam duas manus
uel duos pedes habentem mitti in ignem eternum
Et si oculus tuus scandalizat te · erue eum
et proice abste · Bonum est tibi vnum oculum
habentem in vitam intrare · quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis · Videte
ne contemnatis vnum ex his pusillis
Dico enim vobis · quia angeli eorum in ce-
lis semper vident faciem patris mei qui
in celis est · Credo no dr · offertorium · Stetit angelus